x

1182

et quilibet illorum seorsim suo pro interesse reco
gnovit Quia ipsi se se mutuo, et invicem, una pars
alteram, de Intercisa certa, inter se Recognoscentes,
ratione certarum rerum et conditionum, in eadem
Intercisa contentarum, de Actu et data ipsius, hic Pre-
myslie, feria tertia post Festum Sanctae Agnetis
Virginis et Martyris proxima, Anno Millesimo Sex-
centesimo Sexagesimo Septimo, Confecta, Conscri-
pta, manibus sui Recognoscentes propriis subscripta
et Actis Terrestribus Premysliensibus, cum interposi-
tione Vadii Summae Sex Millium florenorum polonicorum pro-
borata, eiusque Inscriptione Roboratoria, ob plena-
riam et sufficientem sibi Recognoscentes ab utrinque
praestitam satisfactionem quietant, Eximunt, dimittunt,
liberosque et absolutos perpetue pronunciant, Inter-
cisam eandem et ipsius Roborationem in toto et per
omnia cassant, mortificant, et annihilant praesentibus
sibi, suisque posteris, ratione praemissorum, perpetuum
imponendo silentium.

Castellan, Premysliensis Mohy= lowskiemu Adscribit

639 Comparens personaliter, coram officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Illustris et Magni-
ficus Martinus Constantinus a Siecin, in Krasiczyn
Krasicki, Castelanus Premysliensis sanus mente et
corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdi-
ctionibusque suis quibusvis propriis et competentibusve
cedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi
Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Succes-
soribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter, et
plenarie incorporando, atque subiciendo, palam, libere, pu-
blice, ac per expressum recognovit. Quia ipse ad priorem
et originalem Summam Sex Millium florenorum polonicorum, per

se Recognoscens, Gnoso Georgio Mohylowski, Coram Actis
Terrestribus Premysliens: in Anno Millesimo Sexcentesimo
sexagesimo Septimo, modo Simplicis debiti inscriptam;
nunc demum Summam Mille Quingentorum florenorum po-
lonicorum super bonis suis generaliter omnibus, hereditarys,
et obligatarys, summisque quibusvis pecuniarys assecuran-
do et inscribendo, adscribit, coadunat, et associat ita
ut summa simuliuncta efficiat summam in unum co-
pulatam Septem Millium et Quingentorum florenorum
polonicorum, monetae et numeri in Regno currentis, quemli-
bet florenum grossis triginta polonicis computando,
et numerando, certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutu-
atique apud ipsum esse Recognoscentem pecuniae eandemque sum-
mam simuliunctam Suprafato Gnoso Georgio Mohylowski et
eius posteris tenetur atque debet. Quam quidem sum-
mam suprascriptam Septem Millium et Quingento-
rum florenorum polonicorum, idem suprascriptus Recognoscens,
Illustris et Magnificus Castellanus Premysliensis, se-
suosque successores, in et super bonis suis generaliter
omnibus hereditarys, et obligatorys, mobilibus et
immobilibus, summisque pecuniarys quibusvis habitis
et habendis, Suprascripto Gnoso Georgio Mohylowski
Creditori suo, eiusque posteris, hinc et ab Actu praesenti,
pro die, et festo Conversionis Sancti Pauli Aposto-
li, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo
secundo, proxime et immediate venturo, realiter
et in effectu soluturum et coram officio, Actisque prae-
sentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis repositurum,
et relicturum, repositamque et relictam rursus ab eo-
dem officio non efficere iussurum, nec arrestaturum vel
quovis alio alio modo solutionem summae eiusdem
impediturum, et impugnaturum inscribit et obligat
praesentibus. Idque sub vadio simili summae simuliunctae

α

1184

Septem Millium, et Quingentorum florenos polonos
per eundem Illustrem ac Magnificum Recognoscentem,
vel eius posteros, suprascripto Generoso Georgio Mohylow-
ski, Creditori suo, vel eius posteris, ob non solutionem
summae suprascriptae simuliunctae, pro tempore et
loco superius expressis, ad solvendum succumbendo,
pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum
succubito, ac pro re aliqua principali, ex praemissis non
completa complenda, summaque ipsa principali simuliun
cta, non soluta solvenda, Citatus existens Memoratusque
Recognoscens, Illustris et Magnificus Martinus Con-
stantinus à Siecin, in Krasiczyn Krasicki, Castel
lanus Premysliensis, sive eius Successores, ad Instanti
am praefati Generosi Georgij Mohylowski, Creditoris sui,
vel eius posterorum, ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premysliense, ex tunc velesu suprascripta
quo ad respondendum spectat mediante semper in pri
mo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare, Iuri
parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni
huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tene
bitur, Seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscri
bit et obligat praesentibus, illum Terminum primum perem
ptorium, et alios omnes, exinde consequentes, Causae
eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infir
mitate, pro maiori, minorennitate Successorum, lega
tione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad
munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilatio
nibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quie
tationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis
Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non
recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum
prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis sim
plicibus, vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fa-
talis Iuris, praescriptione Terre, bello, conventionesque ac
alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfu

griendo nec modo alio quovis euadendo, Hac Sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Castellanus Premyslien. ab Vna, et Mohÿlowski ab altera parte mutuo inter se Roborant.

639

Comparentes personaliter, coram Officio, et Actis præsentibus Castren. Capitan. Premyslien., Illustris et Magnificus Martinus Constantinus à Siecin, in Krasiczyn Krasicki Castellanus Premyslien., ab Vna, et Generosus Georgius Mohÿlowski partibus ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Fori, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, præsenti vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum Successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam, libere, publice, ac expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi, sibi mutuo et inuicem, Vna pars alteri ac posteris vtriusq partis, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusuis, habitis et habendis, inscribunt et obligant præsentibus: Intercisam Certam inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et data illius in Villa Sosnica, feria tertia post Dominicam Lætare Quadragesimalem proxime præteritam proxima, Anno præsenti confectam, et conscriptam manibus sui Recognoscentium proprijs, ab vtrinq subscriptam: in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter vniversis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius contentis, tam in parte, quam in toto,